



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **R. P. Ludovici Richeomi Societatis Ies. Valedictio Animæ Deuotæ**

**Richeome, Louis**

**Coloniæ, 1610**

Animæ imaginem in facie & manu velut in duobus paruis voluminibus esse depictam. Colloq. XLVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50753](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50753)

parte superiore & inferiore, & in tribus istis corporis facultatibus pulcherrima quadam symmetria animæ interioribus potētis respondentibus.

*Anima Imaginem in facie & manu velut in duobus paruulis voluminibus esse depictam.*

## COLLOQVIUM XLVIII.

**E**T quoniam præclara admo- THEO.  
 dum & laude digna res est,  
 Dei opera publicare & euul-  
 gare, quemadmodum magnus ille  
 Nuncius & cælestis Tobix Dux di- Tob. 12.  
 cebat, hanc mihi etiam operam fu- 7.  
 mendam esse duxi, vt apertius ad-  
 huc tibi & aliquanto luculentius in  
 specie corporis venustatem depin-  
 gam, pulcherrimè illam reuera &  
 elegantissimè animæ in duabus ad-  
 modum partibus proportionatam,  
 in quibus cælestis illa sapientia ne- Pro. 8.  
 scio quid artificij ac speciminis mi- 3.  
 hi adhibuisse videtur, dum in ijs  
 non aliter quam duobus paruulis  
 voluminibus mirabili planè linea-

O 7 men-

mentorū ductu ac colorum lumine speciosissimam animæ imaginem adumbravit. Tu verò, nisi valde coniectura aberro, molestè ferre non debes, cum me adeò alacri & pleno cursu in stadio Philosophiæ vestræ exerceri conspicaris. *Phil.* Age tu verò sis & quantum quamque diu lubet possessione isthac fruire, quam omnibus potius, quam tibi vni ibo ereptum. An enim ego te non præclaram admodum materiam ad dicendum delegisse mihi persuadeam, à quo continuo pulcherrimarum rerum scientiam haurio ac cognitionem? qui velut Mercurialis aliqua statua, aut Hegemona quæpiam perplexum viatorem, id est, Christianum hominem, in eam viam deducis, quam si tenuerit, fieri non potest quin naturalibus scientijs ad maiorem Dei gloriam ac honorem utatur: nihil itaque mirari te oportet, si attentum me vides, si arrectas aures conspicaris, quæ scire gestiunt, quænam nobiles illæ particulæ sint, in quibus Deus animæ imaginem singulari-

gulari arte & mirabili planè modo deformavit. THEOL. Age ergo quando ita vis, & speciosissimas illas corporis partes, faciem & manum, quas nudas, non tectas reliquarum more ostentamus, accuratius ac penitus paulò introspiciamus. Principio Divus Augustinus illud liberè asserit ac contestatur, nihil in vniuerso huius mundi theatro reperiri, quod decentius, quod elegantius, ac denique conuenientius magni illius AEdilis (quem admodum eum quodam in loco magnus ille Lipsius appellat) personam agat atque sustineat, quam anima rationalis: vnde etiam illud opinor consequi necessum est, rerum earum omnium, pulcherrimam venustissimamque esse iudicandam. Nam cum Deus, quam diximus inter formam & materiam conuenientiam proportionemque accuratissime sibi obseruandam constituisset, pulcherrimo plane matrimonij vinculo, pulcherrimum corpus animæ pulcherrimæ copulauit, quemadmodum ostensum meministi,

*Nihil in  
toto mū-  
do Deo  
similius  
quam a-  
nima ra-  
tionalis.  
Aug. e-  
narr. in  
Psalms  
145.*

*Deus ho-  
minis pul-  
critudinē  
diversi-  
modè in  
corpore  
depinxit.*

nisti, & tute ipse vt clarius adhuc  
apertiusque demonstrem faces mi-  
hi ac stimulos subdis. Cum itaque a-  
nimam studiosissimè donis spiritua-  
libus exornasset, coloribus viuis ac  
lucidissimis admirando artificio  
collustrasset, libuit eam illi in cor-  
pore exprimere, quo nos excellen-  
tissimi huius operis spectatores, stu-  
pendam artificis bonitatem agno-  
sceremus, sapientiam suspicere-  
mus, & liberalitatem continuo ad-  
amaremus. Primum itaque celestem  
illam animæ venustatem stupenda  
corporis rectitudine & habitu ad-  
mirando adumbravit: secundo in  
medietate earum partium, quas ex-  
plicauimus: ac denique specialiter  
in facie & manu, quam modo nos  
inaginem contemplaturi accedi-  
mus & admiraturi.

*In facie peculiariter anima imaginem  
relucere.*

COLLOQVIVM XLIX.

THEO.

**C**VR nunc itaque facies pecu-  
liarem quandam cum anima  
correspondentiam habere vi-  
dea-